

künftigen Pension abzuziehen, doch so, daß sie daneben Kost, Trunk und Kleidung sich zu verschaffen vermöge. Der Fürst genehmigte auch diese Bitte und wies das Pfügamt Holzen an, den Betrag in Quartalsfristen zu 10 fl. an der Pension abzuziehen.

Damit endigen die Säkularisations-Akten des Klosters Holzen.

Im Jahre 1813 trat der Fürst von Hohenzollern-Sigmaringen die Herrschaft Holzen seiner an den Grafen Franz Xaver von Fischler-Treuberg vermählten Schwester Crescentia ab. Die neue Herrschaft schloß auf Verlangen der Klosterfrauen mit denselben am 2. Dez. 1815 einen Vertrag, wonach die Naturalbezüge eingezogen und für dieselben Geldablösungen festgesetzt wurden. Demzufolge erhielt nun ab 1. Dez. 1815 die Äbtissin 830 fl., die Priorin 380 fl., jede Stiftsfrau 330 fl. und jede Kloster-schwester 262 fl. 30 kr. Nur die Schwester Agnes erhielt, aus welchem Grunde wissen wir nicht, bloß 170 fl. und die Frau Edmunda 300 fl.

Der Konvent schmolz immer mehr zusammen. Ein großer Teil desselben verließ das Kloster. Von 8 Frauen und 4 Schwestern fehlen die Sterbedaten in der Pfarrmatrikel zu Holzen. Die Frau Benedikta von Stein war in das Kloster Habsthal bei Sigmaringen gezogen. 1825 (28. August) starb die Äbtissin Hildegardis Freiin von Giese, am 15. Jan. 1832 die vielgerühmte Priorin Columba von Merl, einen Monat später (15. Febr.) der Beichtvater des Klosters P. Gregor Hilber von Ottobeuren. Die letzte der in Holzen verbliebenen Frauen war die Schwester Margaretha Magg, welche dortselbst am 28. Juni 1858 ihr Leben beschloß. Die Letzte des Konventes war die Schwester Adelheid Schnitzler. Dieselbe führte nach der Aufhebung des Klosters ein ruheloses Leben, indem sie zuerst in Augsburg, später in Ursberg, Billenhausen und Niederschönenfeld sich aufhielt. Von letzterem Orte zog sie im Mai 1858 nach Neuburg a. d. Kammel, wo sie endlich am 10. Sept. desselben Jahres das Zeitliche segnete.

Flandern und das große abendländische Schisma.

Von Dr. Fr. Bliemetzrieder.

Im Laufe meiner Studien über das Schisma habe ich oft die betäubende Erfahrung machen müssen, daß die größeren und älteren Quellensammlungen, die wir besitzen, in einem geradezu trostlosen Zustande sich befinden. Es sind die Boulaeus, Martène-Durand; selbst Baluzius hat mich schon irregeführt. Unter solchen Verhältnissen ist es selbstverständlich, daß der Historiker in einer unangenehmen Lage sich befindet: will er sicher gehen, bleibt ihm

nichts anderes übrig, als seine gedruckte Quellenvorlage auf die Manuskripte zurückzuführen. Es zeigt sich, daß die Schismaforschung eigentlich noch nicht viel vorwärts gekommen ist.

Diesen Umständen verdankt der gegenwärtige Artikel seine Entstehung. Mit einer größeren Quellenpublikation zum Schisma beschäftigt, benötigte ich die „Relation“ des Abtes von St. Vaast, Dr. Johann Lefèvre, die im IV. Band von Boulaeus' „Historia universitatis Parisiensis“ gedruckt vorliegt. Ich kollationierte das Stück mit zwei Manuskripten der Stadtbibliothek von Rouen, die sich einst in der Bibliothek der Abtei Jumièges befanden, nämlich mit dem Cod. lat. 1355 fol. 42^v—44^v und 1357 fol. 11^v—12^v. Ich halte es für nützlich, dasselbe in verbesserter Auflage wieder abzdrukken.

Johann Lefèvre, Doctor decretorum und Staatsrat Karls V. von Frankreich, hatte sich bald der Partei Klemens' VII., des Gegners Urbans VI., angeschlossen. Da das offizielle Frankreich die Sache des ersteren zu der ihrigen machte und dafür die Werbetrommel rührte, so eignete sich gerade Johann Lefèvre als Instrument für diese klementinische Propaganda. Er führte eine Gesandtschaft an, um das nachbarliche Flandern mit seinem Landesherrn für Klemens VII. zu gewinnen. Mit dieser Gesandtschaft hängt nun das vorliegende Stück zusammen. L. Valois bezeichnet es als eine „Relation“ und im Anschluß an diesen ausgezeichneten Forscher habe ich in meinem Buche „Das Generalkonzil im großen abendländischen Schisma“ das Stück einen „Gesandtschaftsbericht“ genannt. Jetzt aber verlasse ich die Ansicht N. Valois' und sage: das Stück ist eher eine *Skizze*, ein *Entwurf* des Vortrages, welchen Johann Lefèvre gemäß seiner Sendung vor der Regierung Flanderns zu halten hatte. Ich will von dem historischen Teil unseres Stückes nichts sagen. Aber was sollen die *ausführlichen* kanonistischen Allegationen des III. Artikels in einer „Relation“, in einem „Berichte“? In einer Skizze eines Vortrages aber mit seinem apodeiktischen Zwecke haben sie ganz ihren Platz. Also eine solche „*Vortragsskizze*“ wird unser Stück sein.

Bezüglich des nachstehenden Druckes bemerke ich, daß ich den Cod. lat. 1355 mit R₁, den Cod. 1357 mit R₂ bezeichne.

Tradita comiti Flandrie et consilio eius per re[verendum] p[atrem] d[ominum] Jo[annem] Fabri abbatem sancti Vedasti missum ex parte regis Francie.¹⁾

Cause missionis regis per nuncios solennes ad principes seculares pro materia tangente dominum C[lementem] VII. et eius

1) R₂ non habet istam suprascriptionem.

adversarium B[artholomeum] condam archiepiscopum Baren[sem] ¹⁾ sunt tres in effectu.

Prima est utilitas fidei catholice, universalis Ecclesie et specialiter ecclesie Gallicane, que verissimiliter ²⁾ provenire speratur ex reductione scismatis ad unitatem, que reductio potest contingere per bonam concordiam secularium.

2^a vitacio ³⁾ inconveniencium ex duracione scismatis proveniencium, quibus occurri potest per concordiam principum.

3^a peculiaris amicitia et confidencia singularis, quam rex habet ad eos ratione generis, probitatis experte, confederacionis alligate.

Secundus articulus est de narratione facti, quomodo papa Gregorio XI^o. mortuo Romani coegerunt dominos cardinales nominare in papam Ytalicum vel Romanum; ex qua violenta impressione ⁴⁾ nominacio Barth[olomei] ⁵⁾ tunc Baren[sis] ⁶⁾ archiepiscopi processit, prout testimonialis assercio dominorum cardinalium de data secunde ⁷⁾ diei Augusti plenius continet, de qua impressione per famam plurium de Roma redeuncium facta fuit domino regi fides. Demum per P[etrum] de Chastianvilani servientem armorum de mense Maii, demum circa inicium Junii per d[ominos] quatuor suos secretarios, et per quatuor familiares trium cardinalium fuit rex ad idem informatus voce tenus per litteras cardinalium quorundam credencie sibi missas, remisitque dominus rex alterum illorum secretariorum ad dominos cardinales, ut per eos posset plenius de veritate prefate impressionis informari. Eodem mense Junii venerunt ad regem ex parte dicti Baren[sis] ar[chiepiscopi] ⁸⁾ duo nuncii, videlicet, unus miles Neapolitanus et unus armiger de regno Francie ⁹⁾ oriundus, bullas ex parte dicti Baren[sis] et litteras ex parte ¹⁰⁾ collegii sigillatas duobus tantum sigillis presentantes, quibus receptis respondit dominus rex nunciis, quod dubitabat per aliqua que audierat, ne promocio dicti Bar[ensis] foret iniusta, minus canonica, sed in brevi sperabat plenius informari et ideo fecit eos expectare, sed ad partem dictum scutiferum examinavit, qui sibi confessus est impressionem, de qua prius, in rei veritate factam fuisse licet dominum suum, quod de

¹⁾ R₁: barren[sem].

²⁾ R₁: verissimiliter.

³⁾ R₁: victacio.

⁴⁾ R; R₁: violencia et impressione.

⁵⁾ R₁: bar[tholomei].

⁶⁾ R₁: barren[sis].

⁷⁾ R₁; R₂: 2e.

⁸⁾ R₂; R₁ correct.: alii.

⁹⁾ R₂; R₁ om: Francie.

¹⁰⁾ R₂; R₁: ex parte dicti collegii.

ea¹⁾ omnino esset inculpabilis, niteretur²⁾ excusare. Subsequenter circa mensis Julii incium venit quidam magister in artibus, bachal[arius] in theo[logi]a magister Jo[annes] de Guignecourt afferens litteras credencie dominorum cardinalium citramontanorum numero XIII³⁾ et signetis sigillatas, qui virtute⁴⁾ credencie dominum regem, ut prius, de prefata impressione informarunt et de discussione quam fecerant d[omini] c[ardinales] cum optimis clericis, et de conclusione qua concluderant nominacionem Baren[sis] illius fuisse violentam et impressivam, nullumque ius ei tribuisse in papatu. Et hanc conclusionem approbant⁵⁾ domini cardinales V in Avig[ni]one commorantes, prout domino regi scripserunt. Et postmodum circa medium mensis Augusti applicuerunt penes regem duo solennes nuncii, dominus scilicet episcopus Famag[ustanus] et magister N[icolaus] de sancto Saturnino magister sacri palacii pro parte dominorum car[dinalium] destinati, qui dominum regem informarunt de predicta impressione; nam Rome presentes erant quando⁶⁾ credebant domini c[ardinales] ultramontanum papam eligere, attulerunt eciam litteras credencie d[ominorum] c[ardinalium] tam existencium ultra quam citra montes quarum virtute cum instancia magna dominum regem requirebant quod parti dominorum card[inalium] contra prefatum Baren[sem]⁷⁾ vellet adherere et se super hoc declarare. Card[inales] autem in Avinione degen[tes] iam in tantum processerant quod fecerant ibidem preconizari quod nullus auderet ibi⁸⁾ tenere dictum Baren[sem] pro papa, tabellionibus interdixerunt, ne in scriptis suis illius pontificatum annotarent, et eius arma que in conclavibus in Avinione fuerant depicta, fecerant abradi. Postquam dominus rex fuit per dictos nuncios ad partem informatus et quod dominis cardinalibus adhereret, requisitus. Volens in hoc negocio mature procedere convocavit multitudinem prelatorum et magnorum clericorum sui regni ad octavam diem mensis Septembris, coram quibus exponi fecit seriatim que per prefatos nuncios ei fuerant explicata, nec non et⁹⁾ informaciones, quas super hoc facto habuerat, de quibus premissum est, requisivitque dictos prelatos et clericos, quod in hac materia sibi consilium darent, quid esset acturus et dictis nunciis d[ominorum] c[ardinalium] responsurus. Post longam discussionem et inter convocatas disceptacionem, licet maior et

1) R₁.

2) R₁; R₂: nitteretur.

3) R₂: 13.

4) R₂; R₁: virtutis.

5) R₂; R₁: approbant.

6) R₂; R₁: qui.

7) R₁ R₂: barren[sem].

8) R₂; R₁: ibi auderet.

9) R₁ om. et.

sanior pars vocatorum teneret dominos cardinales partem sustinere potiore de iure, tamen quia domini c[ardinales] domino regi significaverant se quosdam processus patenter facturos et domino regi missuros, quos rex nondum¹⁾ receperat et ne in tanto negotio nimis videretur festinare, datum fuit domino nostro regi consilium, quod pro²⁾ tunc se non determinaret sed adhuc differret se determinare. Et sic fuit prefatis nunciis d[ominorum] c[ardinalium] pro parte domini regis presentis publice per os domini abbatis sancti Vedasti doctoris decre[torum] in camera magna palatii responsum.

Tandem circa mensem Octobris reversus est ad do[minus] no[strum] re[ge]m secretarius suus, quem prius remiserat ad do[minos] c[ardinales] afferens tres litteras paten[tes] in forma publica redactas sigillis dominorum car[dinalium] sigillatas et in una earum erant subscripciones manuales do[minus] car[dinalium] qui fuerant in conclavi Rome tempore impressionis sepius memorate, quibus scripturis per regem receptis, licet, prout per do[minos] car[dinales] fuerat requisitus, eas permetteret publicari, tamen adhuc distulit se determinare seu declarare. Finaliter circa mensem Novembris habuit nova dominus noster rex per certum nuncium bene sibi familiarem et notum, quod domini c[ardinales] ultra montes existentes tam non Ytalici quam Ytalici, numero XVI³⁾ in civitate Fundorum, ad quam se retraxerant pro loco tuciori, concorditer elegerant in papam do[minus] tunc Gebenum cardinalem, cuius eleccioni cardinales⁴⁾ VI in Aviniono existentes tunc consenserunt, prout de hiis per litteras et nuncios d[ominus] rex extitit certificatus, voluitque idem dominus Gebenen[sis] electus Clemens nuncupari, misitque litteras sua manu scriptas d[omino] no[stro] re[ge] de sua promocione, cui per litteras suas domini c[ardinales] testimonium perhibuerunt. His novis auditis fuit d[omino] rex per nuncios dominorum c[ardinalium], qui adhuc erant Par[isiis], cum instancia requisitus quod vellet se declarare, et allegabant fortiter quod non debebat amplius differre. Tunc rex convocavit prelatos et clericos consiliarios suos et alios nobiles Par[isiis] existentes pro tunc⁵⁾ et in magno numero, quod ad eum accederent apud nemus Vineen[arum]. Quos ibi congregatos sigillatim adiuravit quod omni favore postposito sibi consulerent, quid in hac materia foret⁶⁾ acturus. Qui omnes et singuli dederunt regi consilium, quod se declararet et determi-

¹⁾ Ms.: nundum.

²⁾ R₁.

³⁾ R₂: 16.

⁴⁾ R₂; R₁ om. tria verba: cuius eleccioni cardinales.

⁵⁾ R₁ om: pro tunc

⁶⁾ R₂; R₁: foret] esset.

naret ad partem domini pape Clementis VII., cuius promocionem canonicam reputant et contra dictum Barensem, cuius nominacio fuerat violenta et impressiva, et que nullum ei ius tribuerat in papatu, et quod amplius non differret se declarare. Igitur post tot informaciones iteratas, post tot habita consilia et multo plura quam scripserim, dominus noster rex XVI^a die mensis Novembris se¹⁾ determinavit stare pro parte domini pape Cle[mentis], quam²⁾ tenet per ea que in consiliis multis invenit fore iuri et rationi consonam. Et hoc de secundo articulo.

Sub tercio articulo posui media aliqua que consilium regis ad se determinandum moverunt eo modo quo superius est expressum.

Primum est: eleccio debet esse pura et libera, c. II. de elec. li. VI, et ex libero consensu eligencium et electi, quod denotat verbum eleccionis per car[dinales] in rubrica; facit bene c. *Ubi maius* § *Ceterum* de elec. li. VI.; adeo quod si in eleccione interveniat violentia, ipso iure nulla est eleccio, c. *Bone Magun[tinensi]* de elec. Sed nominacio Baren[sis] per violentiam ac impressionem processit, ut narrat factum verum. Ergo nulla fuit ipso iure.

Secundo. Non valet eleccio facta ad populi intercessionem, de elec. *Osius*, et nulla est illa que fit per secularis potestatis abusum, e. ti. *Quisquis*. Cuiusmodi fuit eleccio huius Baren[sis], non ad intercessionem dumtaxat, sed per impressionem et violentiam capita[neo]rum et populi facta.

Tercio. Matrimonium carnale per violentiam et metum contractum nullum est, c. *Cum locum* de spo., ergo nec eleccio, que est spirituale matrimonium, ar. c. fi., ubi equiparantur, de trans. epi.

Quarto. Baren[sis] non habuit concordiam cardinalium in sua promocione obstan[te] metu et violencia, ergo non apostolicus, sed apo[stolic]us per c. I. LXXIX. di.

Quinto. Baren[sis] per sedicionem et tumultum popularem assumptus fuit, igitur non est verus papa tenendus, ar[gu]mento LXXIX. di. *Si quis pecunia*.

Ad contraria possibilia obici. Primum est quod card[inales] fatentur se eum elegisse, ergo habendus est pro papa iuxta c. *Licet* de elec. Dico quod non simpliciter sed per metum fatentur eum elegisse, ideo, cum eorum confessio non sit in parte rescindenda et eleccio per metum et violentiam facta, non³⁾ eis obest; nam si absolucio per metum extorta nulla est ipso iure, c. I. quod me. ca. li. VI, forcius et eleccio etc.

¹⁾ R₁ om.: se.

²⁾ R₂; R₁ correct.

³⁾ R₂; R₁: non] nichil.

Secundo obicitur quod matrimonium carnale nullum ab initio per subsequentem consensum confirmatur violencia sic purgata per c. *Ad id* de spon. Ergo et eleccio Baren[sis] per coronacionem, assistenciam et recepcionem beneficiorum et alios actus consensum cardinalium postmodum exprimentes validatur, ar[gu]mento c. *Sol[ici]tudinem* de ap., c. *Ex ore* que fi. a ma. pa. ca. Dico: ¹⁾ maior puritas et exuberancia consensus requiritur in matrimonio spirituali quam carnali iuxta c. fi. de condi. appo. iuncto c. II. de elec. li. VI. Ideo non validatur eleccio nulla per consensum sequentem, de elec. *Auditis*. Sic no[tatur] per doct[ores] e. ti. *Quod sicut*, ubi loquitur ²⁾ de eleccione annullanda, licet non nulla ipso iure. Facit regula iuris: *Quod ab invito*. Preterea quamdiu car[dinal]es fuerunt in Roma semper continuum habuerunt metum, ideo nec consensum dederunt liberum validum, ar[gu]mento c. I. quod vi. me. ve ca. ; quod ostenditur ex narracione, quia postquam egressi sunt Roma, statim dissensum expressum nunciarunt Baren[si], ³⁾ quod desisteret a papatu sibi multipliciter intimantes; nec eciam per consensum eorum eleccionem Baren[sis] ab initio nullam validam facere potuissent.

Tercio obicitur quod domini c[ardinales] non potuerunt esse iudices nec testes in hac re, quia sua est causa propria, ar[gu]mento III. q. III. in *Omnibus*, q. IIII. *Nullus*. Dicitur quod causa censetur universalis Ecclesie, ideo deponere possunt, ar[gu]mento c. *Cum nuncius*, *Veniens* II. de testi., presertim cum hic agitur de facto suo, in quo convenientissimum eorum testimonium, ar[gu]mento c. III. de probac., c. *Cum di'ecti* de elec. § pe[n]ultimo, ubi ratio facit ad propositum *ne quis per astuciam ascendat* etc. Dicere autem quod possunt esse iudices in hac re, non esset error iuris propter c. *Si quis pecunia*, quod simpliciter loquitur, licet docto[res] aliter intelligant. Nec ob[stat] cle. de elec. *Ne Romani*, quod non tollit car[dinali]bus iurisdictionem tamquam collegio per ius eis attributam, sed papalem solum. Insuper cardinales plus usi sunt testifi[cacio]ne et publi[cacio]ne quam iuridica cognicione.

Quarto opponitur contra cardinales perseverancia consensus ⁴⁾ in Baren[sem] per tempus VI ebdomadaram presumptus iuxta regulam iuris *Qui tacet* li. VI. Dico quod non habebant alibi municiones, nec loca retractus, nec audebant in Roma signum dissensus ostendere verbo vel facto, ideo propter metum mortis multa fingebant et licite iuxta c. *Utilem* XXII. q. II. cum notatis.

¹⁾ R₂; R₁: *add. al. manus*: quod.

²⁾ R₁; R₂: lo^r.

³⁾ R₁: *add.*: et (quod).

⁴⁾ R₂; consensus] R₁ *om.*, ideo non intelligens constructionem syntacticam

Quinto Baren[sis] non debuit a possessione papatus amoveri, eciamsi ius non habuisset, ar[gu]mento] c. *Licet* II. de preben. li. VI., ymo debet, eciamsi male fidei possessor restitui spoliatus per c. *In litteris*, *Item cum quis* de resti. spoli. Dico quod cum non habuerit canonicam institucionem, nec vere possessor iuxta c. primum de regulis iuris li^o VI^o, ideo nec potest se conqueri spoliatum iuxta c. *Cum [ad] sedem* de resti. spo. Aliter dicitur quod, ubi constat notorie de mala fide, sicut constat de intrusione Baren[sis], non debet fieri restitucio, ne detur occasio peccandi; facit c. *Litteras* de resti. spo., c. *Inquisicioni* de sen. ex. et sic tenet Innoc[encius] c. *In litteris* de resti. spo. Aliter dicitur speciale in intruso in papatu, a quo licite quilibet se potest subtrahere per c. *Si quis pecunia* LXXIX. di., quia ei nulla dari debet audiencia XXIII. di. *In nomine Domini* per Innoc[encium] expresse de elec. *Licet*, g[lossa] I. ¹⁾

Sexto quod plures ecclesiastici viri nobiles a Baren[sis] receperunt cardinalatum et beneficia, non concludit quod facere deberent hoc, sed forsitan ambicione vel avaricia ducti sunt iuxta c. *Avaricie* de elec. li. VI., nec exempla talium sunt sequenda, de elec. *Cum causam*.

Septimo si principes plures et naciones sunt cum Baren[sis], non prodest ei, quia non excusat peccatum multitudo, II. q. I. *Multi* in fi., ymo paucis, quibus paucior lux veritatis effulsit, credendum est, c. *In nostra* de testi; presumitur enim, quod adherentes eidem per errorem facti vel iuris devient; nec enim in materia consciencie debet informatus de veritate conscienciam alienam sequi, sed suam, XXIII. q. IIII. *Si quis a catholica* iuxta c. *Litteras* de resti. spo.

Pro parte Clementis VII. consideravit regis consilium quod electio sua facta fuit per car[dinales] existentes ultra montes, ad quos de iure congruit et convenit electio, c. *Ubi maius periculum* c. *Ne Romani* de elec. li. VI^o et in cle., et sic obtentum est de consuetudine a tanto tempore et citra, iuxta c. I. de prescrip. li. VI.

Secundo quod in eleccione Clementis VII. fuerunt tres card[inales] Ytalicis consencientes cum aliis XIII non Ytalicis, quam eleccionem statim V in Avinione manentes auditam approbantes scripserunt domino regi de suo consensu et aliorum, qui insimul erant in numero XXII card[inales].

Tercio non est presumendum quod tot sint immemores salutis, I. q. VII. *Sanximus*, de scr. in ord., facit c. I. de pre-

¹⁾ R₁ ponit in linea: III, q. I. § Patet.

sump. c. fi., et tante dignitatis viri, LXXXXVII. di. *Nobilissimus*, qui constanter stant cum Cle[mente].

Quarto consideravit consilium regis post dilacionem tantam non expedire plus differre, quin rex se determinaret, tum quia satis informatus ulterius differendo non sperabat ulterius¹⁾ informari, tum quia congregacio prelatorum et clericorum magne fuisset prolixitatis et difficultatis, tum quia ulterior dilacio determinacionis regie magnam induxisset²⁾ contra³⁾ factum eleccionis canonice dicti Clementis presumpcionem multis interpretantibus regem de iure Cle[mentis] hesitare, tum quia dicebatur quod multi principes sine tanta discussione, quantum rex fecerat, adherebant Baren[si]. — Nec ob[stat] opinio⁴⁾ glo[se]⁵⁾ di. LXXIX. *Si duo*, et Hugu[cionis] § *Patet* III. q. I. c. *Deus ergo d[icentis]* consilium generale super huiusmodi negocio congre[ga]ri, quoniam vix infra quadriennium potuisset sedere propter guerras, viarum discrimina, nec a quo vocarentur prelati videbatur, cum par in parem, et cetera, de elec. *Innotuit*. Ideo obviandum fuit, ne intrusus usurpacione sua per tantum tempus gauderet; nam congregacio consilii fienda est, quando papa pacifice habitus postea accusatur de heresi, XL. di. *Si papa*, vel de ydolatria, XXI. di. *Nunc autem*, sic notatur XVII. di. § *Hinc*; sed⁶⁾ promocionis initium est notorie viciosum, non est opus examine concilii II. q. I. *Manifesta*, quoniam intus ortus occidit, I. q. I. *Quibusdam*, sicut fuit in nominacione Baren[sis]. Insuper c. *Si quis pecunia* non constringit cardinales ad convocandum consilium sed dat eis licentiam recedendi ab intruso et alium in loco alio quem acceptaverunt, eligendi. Nec contrarie glo[se] allegant iura que forsan in non notoriis procedere possent.⁷⁾

1) *R₁ om.*: ulterius.

2) *R₁*: induxisset] vidisset, *sed correct.*

3) *R₁*: contra] circa.

4) Mss.: oppinio.

5) *R₁ corr.* = glo.

6) *R₁ corrig.*: (sed) ubi.

7) *R₁ add*: Conclusio hic omittitur causa brevitatis. Determinacionem et responsionem Flandren[sis] vide supra in principio libri folio quarto (*prius VII^{mo}, sed del*) *At hec ipsa folia desunt in manuscripto.*